

Ebelin. | Lasser, Metela Edanius Carb., | Maximus Minatius Carb., | Secundus Enicius Parrae f. Barg., | piscatores, l. m. (*In latere: concha; in alio latere: patera*).

Borgo S. Dalmazzo, iam Mondovi (V 7850 vidit Mommsen). — 1) Nomina non Romana, sed Ligustica fortasse. — 2) Carb. fortasse munus aliquod significat, vel nomen vici alicuius est vel gentis.

**3288** Neptu. sacr. | molin.<sup>1</sup>

Prope Günzburg rep. in fluvio Günz, iam Augsburg (III 5866 vidit Mommsen). — 1) Molinari.

**3289** Neptuno sacrum | L. Valerius Nigri l. Menander | portitor Ocrisiva<sup>1</sup>. (*Neptunus dextra tridentem, sinistra piscem tenens; infra delphini. In postica arae eadem inscriptio, pro Neptuno tamen sacerdos sculptus sacrificans ad aram. In latere utroque homines terni navigantes in navicula*).

Interamnae (Terni), ara marmorea (XI 4173 vidit Bormann). — 1) Nomen loci putat Bormann ablativo casu positum, derivatum fortasse perinde atque Ocriculum ab Ocre vocabulo Umbrorum quod videtur significare montem (Buecheler Umbr. p. 212).

**3290** Neptuno deisq. Aug. | T. Abudius Verus, | post subpraefect.<sup>1</sup> | classis Ravenn. | templo restituto, | molibus extract., | domo exulta | in area d. d.<sup>2</sup> | concessa sibi | dicavit.

Parentii in Histria (V 528 vidit Mommsen). — 1) Fortasse: post subpraefecturam classis Ravennatis (dubitat tamen Mommsen). — 2) Decurionum decreto.

**3291** Neptuno | v. s. l. m. (*ab altero latere*) Viribus | v. s. l. m.

Gussagi agri Brixiani (V 4285 semel descripta circa a. 1700).

**3292** Neptuno | adiutori | sacrum | M. Aemilius | Flaccus<sup>1</sup> q.<sup>2</sup>

Tibure, iam Romae (XIV 3558 vidi). — 1) Idem homo eodem loco titulum posuit Iovi Custodi (XIV 3557). — 2) Quaestor.

**3293** H[el]vius Suavis et [Ag]r[a]sia<sup>1</sup> Faustina coniunx eius | votum solverunt. |

Helvius haec voto suscepi munera divi, |  
constituique larem sedibus in patr[is]. |

Haec eadem coniunx mecum Faustina locavi[er] |  
undarum domino Nereidumque patr[is]. |

Thuggae in Africa (Carton découvertes en Tunisie p. 459). — 1) . cr. | s. ia traditur.

**3294** Severa Nigri f. | Volcano et Venti[s] | v. s. l. m. (*Volcanus, s. hastam, d. malleum tenens; humi forceps iacet. Iuxta mulier, cuius vestis vento inflata est, genibus nixa. A lateribus protomae duae barbata altera, altera imberbis: Ventorum scilicet*).

Nemausi (XII 3455 vidit Hirschfeld). — Alios Vulcani titulos Gallicos habes XIII 3103—3107, item ib. 1677 et 2940, ubi Vulcano iungitur Vesta.